

The Electronic Manipulus florum  
www.manipulusflorum.com

Sollicitudo siue occupatio d  
cum fonte primo

Plus in hoc mundo honor quam  
despectio occupat et magis prosperitatis  
sublimitas quam necessitatis aduersitas  
grauat.

Mens dum blanda occupatione  
premitur, libens ad exteriora  
deriuatur.

Gregorius libro V. moralium.

Plus enim in hoc mundo honor quam  
despectio occupat et magis prosperitatis  
sublimitas quam necessitatis aduersitas  
grauat.

Per hanc namque nonnumquam cum  
homo exterius premitur, ad  
concupiscenda quae intus sunt liberior  
relaxatur. Per illam uero animus, dum  
multis parere cogitur, a desiderii sui  
cursu retinetur. Vnde fit ut sancti uiri  
magis in hoc mundo prospera quam  
aduersa formident. Sciunt namque quia  
mens dum blanda occupatione  
premitur, aliquando libens ad exteriora  
deriuatur.

Gregorius Magnus, *Moralia in Iob*, 5, 1  
(CCSL 143, M. Adriaen ed., pp.218-19,  
ll.29-37).